



Casa  
Gab.  
Est.  
Tab.  
N.º

45/4

*Incipit epla hieronimi p̄bi ad da-  
masum papam urbis rome.*



**ANC GO ACB**

**E**GO PAPER  
damaso. hieroni-  
mus. Nouum op̄  
facere me cogis ex  
ueteri: ut post ex-  
emplaria scriptu-

rarum toto orbe dispersa. quasi q̄-  
dam arbiter sedeam. et quia in-  
ter se uariant que sint illa que  
cū greca consentiant ueritate  
decernā. Pius labor. sed piculo-  
sa presumptio iudicare de cete-  
ris ipsum ab om̄ib; iudicandum:  
senis mutare linguā. et canescē-  
tem iam mundum ad initia re-  
trahere paruulorū. Quis enim  
doctus. pariter ue indoctus cū  
in manus uolumen assumpse-  
rit. et a salua quā semel imbi-  
bit uiderit discrepare qđ lecti-  
tat. non statim erumpat in uo-  
cem me falsarium. me clamitās  
esse sacrilegū. qui audeam ali-  
quid in ueterib; libris addere.  
mutare. corrigere: Aduersus  
quā inuidiam duplex causa  
me consolatur: quod et tu qui  
summus sacerdos es fieri iubes.  
et uerū non esse qđ uariat et  
am maledicorū testimonio cō-  
pbat. Si enī latinis exempla-  
ribus fides est adhibenda: re-  
pondeant quib;. Tot enī sunt  
pene exemplaria: quot codi-  
ces. Sin autem ueritas est que

renda de pluribus. cur non ad  
greca originē reuertentes. ea  
que uel a uiciosis interpretib;  
male edita uel a presumptori-  
bus imptis emendata puerius.  
uel a librarijs dormitantib; aut  
addita sunt aut mutata. cor-  
rigimus: Neq; uero ego de ue-  
teri disputo testamento: qđ  
a septuaginta seniorib; in gre-  
cam linguā uersum tertio gra-  
du ad nos usq; puenit. Non  
quero quid aquila. quid sim-  
machus sapiant: quare theo-  
dotion inter nouos et ueteres  
medius incedat. Sic illa uera  
interpretatio quā apostoli p-  
bauerunt. De nouo nunc lo-  
quor testamento: qđ grecum  
esse non dubiū est. excepto  
apostolo matheo qui primus  
in iudea euanglium xpi he-  
braicis litteris edidit. Hoc cer-  
te quod in nr̄o sermone discor-  
dat. et induersos riuulorū  
tramites ducit: uno de fonte  
querendum est. Prēmitto  
eos codices quos a luciano et  
esychio nuncupatos paucoꝝ  
hominū asserit pueria con-  
tentio: q̄b; utiq; nec in ueteri  
instrumento post septuagin-  
ta interpretes emendare qđ  
licuit. nec in nouo pfuit emen-  
dasse. cum multarū gentiū  
linguis scriptura ante trans-  
lata doceat falsa esse que ad-  
dita sunt. Igitur hec present



prefatiuncula pollicetur quatuor tantum euangelia quorum ordo iste est matheus. marcus. lucas. et iohannis: codicum grecorum emendata collatione sed ueterum. Quae ne multum a lectionis latine consuetudine discrepant. ita calamo tempauimus: ut his tantum quae sensum uidebant mutare correctis. reliqua manere paterem ut fuerant. Canones quoque quos eusebius cesariensis episcopus alexandrinum secutus ammonium in decem numeros ordinauit sicut in greco habent expressimus: quo si quis de curiosis uoluerit nosse quae in euangelis uel eadem uel uicina uel sola sint. eorum distinctione cognoscat. Magnus siquidem hic in multis codicibus error moleuit: dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit in alio quam minus putauerunt addiderunt. uel dum eundem sensum alius aliter expressit. ille qui unum est quatuor primum legeret. ad eius exemplum ceteros quoque estimauerit emendandos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia: et in marco plura luce atque mathei. rursum in matheo. iohannis et marci. et in ceteris reliquorum quae alijs propria sunt inueniantur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt: confusionis errore sublato. et similia omnium scies: et singu-

lis sua quaeque restitues. In canone primo concordant quatuor: matheus. marcus. lucas. iohannis. In secundo tres: matheus. marcus. lucas. In tercio tres: matheus. lucas. iohannis. In quarto tres: matheus. marcus. iohannis. In quinto duo: matheus. lucas. In sexto duo: matheus. marcus. In septimo duo: matheus. iohannis. In octauo duo: marcus. lucas. In nono duo: lucas. iohannis. In decimo: propria unusquisque quae non habentur in alijs ediderunt. Singulis euangelis ab uno incipiens usque ad finem librorum dispar numerus increuit. hic nigro colore scriptus sub se habet alium ex minio numerum discolorem: qui ad decem usque progressus indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum igitur apud codice uerbi gratia illud siue illud capitulum scire uolueris cuius canonis sit. statim ex subiecto numero doceberis. et recurrens ad principia in quibus est canonum distincta congeries. eodemque statim canone ex titulo frontis inuenito. illum quem querebas numerum eiusdem euangeliste qui et ipse ex inscriptione signat inuenies: atque e uicino ceterorum tramitibus inspectis. quos numeros e regione habeant adnotabis. Et cum scieris. recurrens ad uolumina singulorum: et sine mora reperis numeros quos ante si-

gnaueras. repperies et loca in qui-  
bus uel eadem uel uicina dixerit.  
Opto ut in xpo ualeas et mei me-  
mineris: papa beatissime. Ex-  
plicit prefatio.

**S**ciendum etiam ne quis igna-  
rum ex similitudine nume-  
rorum error inuoluat. quod sicut  
bi in subnotatione canonum distin-  
ctorum in canone quolibet tres  
euangeliste. bis. ter. uel quater.  
aut etiam amplius eundem nu-  
merum per ordinem habuerint  
adnotatum. et quartus est contra-  
rio discrepantes: id quod tres illi  
in eo loco semel dixerint. quartus  
totiens in corpore uoluminis sui  
ponat. quotiens diuersi numeri  
in eius canone positi sint contra  
predictorum numerorum continu-  
atas similitudines. Item si in uno  
quolibet eorum aut etiam duo-  
bus idem in canone numerus  
bis. ter. quater. aut eo amplius  
repiatur in ordine collocatus.  
et dispares inueniantur in cete-  
ris. dubium non erit quin id  
quod in illius illorum uel cano-  
nis numeris bis terq; repetitum  
ab his in uolumine semel dictum  
est alter alteri uel eorum totiens  
uno atq; eodem sensu loquantur.  
quotiens preulerint in nume-  
rorum adnotatione distantiam.  
Et hoc in omnium nouem cano-  
num collatione seruabitur. Ce-  
terum in <sup>1111</sup> quoniam propria  
singulorum tantummodo conti-

nentur: non potest contra id co-  
paratio esse quod solum est.  
Explicit ARGUMENTUM.







v lxxxi  
xviii xxviii  
xviii xxxii  
xviii xxxviii  
cxc lxxxii

clxxxv cxcv  
ccvii ci

xxiii xii  
xxv xiiii  
xxvii xvi  
xxviii xvii  
xxviiii xviii

lxxxiiii xlviii  
lxxxviiii lvi  
cxi lxi  
c lxxv  
ciii xxvii

ccxlvii cccxvi  
ccclxxvii cccxvi  
ccclxxxv cccxx  
cccl cccxxiiii

xxx cccviii  
xxx cccxi  
cclxi cccii  
cclxi ccciiii  
cclxxiiii cccviii

ccclxxxiiii cccvii  
ccclxxxiiii cccxi  
cccl ccc  
ccclvii ccc  
ccclxii ccc  
ccclv cccxvi

ccclvii cclxxxvi  
ccclxii cclxxxvi  
ccclvii cclxxxii  
ccclvii cclxxxii  
ccclxii cclxxxii

cccl ccciiii  
cccl cccvii  
ccclxi cccxi  
ccclxi cccxiiii  
ccclxi cccxv

ii  
iii  
vi  
xiii  
xxiiii

xxvii  
xxviii  
xxviii  
xxvii  
xxvii

xxviii  
xlii  
xlv  
li  
lvi

lxxv  
lxxxii  
lxxxviii  
cxi  
cxcviii

ci  
cvi  
cviii  
cxiii  
cxv

cxviii  
cxviii  
cxvii  
cxvii  
cxl

cli  
clv  
cclvii  
cclxi  
cclxxvii

cclxxxi  
cclxxxiiii  
cclxxxvi  
cclxxxviii  
cccl

ccclvi  
cc  
ccx  
ccxii  
ccxviii

ccclxi  
ccclxvii  
ccclxx  
ccclxxxiiii  
ccclxxxv

ccclxxxviii cclv  
ccclviii cclxxxiiii  
ccclxxxiiii cccii  
ccclxxxviii cccxiiii  
ccclxxxviii cclv

xxviii  
xxxii  
xliii  
xlvii  
xlviii

lxi cclvi  
lxx cclxxiiii  
lxxxii cclxxvi  
lxxxvii cclxxxviii  
lxxxviii cclxxxv

xc cclxxxiiii  
xcii cclxxxviii  
xciiii ccc  
cxi cccii  
ciii cccvi

ccxiii cci  
ccxiii ccii  
cclxxxvi ccviii  
ccxiii ccx  
cclxxxv ccxiiii

ccxiii cci  
ccxiii ccii  
cclxxxvi ccviii  
ccxiii ccx  
cclxxxv ccxiiii

l cccxi  
iii cccxv  
v cccxviii  
viii cccxvi  
xviii cclii

xx cclvi  
xxii cclviii  
xxviii cclxi  
xxxi cclxi  
l cclxxxiiii

lxxvii cclxxxvi  
lxxviii cclxxxviii  
lxxviii cclxxxii  
lxxv cclxxxviii  
ciii cccvii

cvi cccxviii  
cvii cccxviii  
cvii cccii  
cxiii ccciiii  
cxviii cccvi

ccxi cccviii  
ccxiiii cccxi  
ccclxx cccx  
ccliii cccxvi  
cclviii cccxii

cli cccxviii  
cliii cccxliii  
clviii cccxvii  
clviii cccxvii  
clviii cccxvii

iiii  
vii  
viii  
xi  
xiii

xxvi cclv  
xxviii cclxxvii  
xxviii cclxxvii  
xxviii cclxxvii  
xxviii cclxxvii

xxviii cclv  
xxviii cclvii  
xxviii cclviii  
xxviii cclviii  
xxviii cclv

xliii cclvii  
xlv cclviii  
li cclxi  
liii cclxi  
liii cclxxxvii

lvi cclxxxviii  
lvii cclxxxvii  
lx cclxxxviii  
lxi cclxxxviii  
lxi cclxxxviii

lxxvii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv

lxxviii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv  
lxxviii cclxxxv

xxviii cccx  
xxviii cccxiiii  
xxviii cccxvii  
xxviii cccxviii  
ciii cccxx

ciii cccxviii  
cvi cccxviii  
cvi cccii  
cviii ccciiii  
cx cccvi

ccxi cccviii  
ccxiiii cccxi  
ccclxx cccx  
cclviii cccxvi  
cclviii cccxii

ccxi cccxviii  
ccxi cccxviii  
ccxi cccxviii  
ccxi cccxviii  
ccxi cccxviii



*Incipit prologus sancti hieronimi presbiteri  
super quatuor euangelia.*

**P**LVRES fuisse quatuor euangelia scripserunt. et lucas euangelista testatur dicens. quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum que in nobis complete sunt. sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt sermonem et ministrauerunt ei. et perseuerantia usque ad presens tempus monumenta declarant. que a diuersis auctoribus edita diuersarum hereseon fuere principia. ut est illud iuxta egyptios. et thomam et mathiam et bartholomeum duodecim quoque apostolorum et basilidis atque apellis ac reliquorum quos enumerare longissimum est: cum hoc tantum in presentiarum necesse sit dicere. extitisse quosdam qui sine spiritu et gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem. quam historie texere ueritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari. Ne qui prophetant de corde suo. quod ambulat post spiritum suum: quod dicunt dicit dominus. et dominus non misit eos.

De quibus et saluator in euangelio iohannis loquitur. Omnes qui ante uenerunt: filii sunt ueteris et latrones. Qui uenerunt: non qui missi sunt. Ipse enim ait. Uenerunt: et ego non mittebam eos. Inuenientibus presumpcio temeritatis: inmissi obsequium

seruitutis est. Ecclesia autem que supra petram domini uoce fundata est. quam introduxit rex in cubiculum suum. et ad quam per foramen descensionis occulte misit manum suam similis dammule hirmuloque ceruorum. quatuor flumina paradisi instar eructans: quatuor angulos et anulos habet per quos quasi arca testamenti et custos legis domini lignis immobilibus uehitur. Primus omnium mattheus est publicanus cognomento leui. qui euangelium in iudea hebreo sermone edidit ob eorum uel maxime causam qui in ihm crediderant ex iudeis: et nequaquam legis umbram succedente euangelij ueritate seruabant. Secundus marcus interpret apostoli petri. et alexandrinus ecclesie primus episcopus: qui dominum quidem saluatorem ipse non uidit. sed ea que magistrum audierat predicantem iuxta fidem magistrorum narrat quam ordinem. Tertius lucas medicus. natione syrus antiochensis. cuius laus in euangelio. qui et ipse discipulus. apostoli pauli in achaię boeęque partibus uolumen condidit: quedam altius repetens. et ut ipse in premio confitetur audita magis quam uisa describens. Ultimus iohannes apostolus et euangelista quem ihesus amauit plurimum: qui supra pectus domini recumbens purissima doctrinarum fluentia potauit. et qui solus de cruce

meruit audire ecce mater tua.  
Iscum esset in asia. et iam tunc  
hereticorum semina pullularent.  
cerinthi. ebionis. et ceterorum  
qui negant xpm in carne ue-  
nisse. quos et ipse in epistola  
sua antixpos uocat. et aplos pau-  
lus frequenter percutit: coactus  
est ab omnibus; pene tunc asie episcopus  
et multarum ecclesiarum legati-  
onibus de diuinitate saluatoris  
altius scribere. et ad ipsum ut  
ita dicam dei uerbum non tam  
audaci quam felici temeritate  
prumpe. Hunc ecclesiastica nar-  
rat historia cum a scribis; cogere-  
t ut scriberet. se ita facturum  
respondisse: si iudicio ieiunio  
in commune omnes dominum precaren-  
tur. Quo expleto: reuelatione  
saturatus in illud peruenit celo  
ueniens eructauit. In principio  
erat uerbum. et uerbum erat  
apud deum: et deus erat uerbum.  
Hoc erat in principio apud deum.  
Hec igitur quatuor euangelia  
multo ante predicta ezechie-  
lis quoque uolumen perbat: in qua  
prima uisio ita contexit. Et in  
medio sicut similitudo qua-  
tuor animalium: et uultus eorum  
facies hominis et facies leonis.  
et facies uiculi. et facies aquile.  
Prima hominis facies matheum  
significat: qui quasi de homi-  
ne exortus scribere. Liber ge-  
nerationis ihu christi filij dauid  
filij abraham. Secundum marcum

in quo uox leonis in heremo rugien-  
tis audit. Vox clamantis in deser-  
to. parate uiam domini. rectas facite  
semitas eius. Tercia uiculi que eua-  
gelista lucam a zacharia sacerdo-  
te sumpsisse initium prefiguratur.  
Quarta iohannem euangelista:  
qui assumptis pennis aquile et  
ad altiora festinans de uerbo dei  
disputat. Cetera que sequuntur:  
in eundem sensum perficiunt. Cru-  
ra eorum recta et permatu pedes eo-  
rum. et quocumque spiritus ibat ibant.  
et non reuertebantur. et dorsa eorum  
plena oculis. et scintille ac lampa-  
des in medio discurrentes. et rota  
in rota. et in singulis quatuor  
facies. Unde et apocalypsis iohannis  
post expositionem uiginti quatu-  
or seniorum qui tenentes cytha-  
ras et fialas adorant agnum dei.  
introducitur fulgura et tonitrua  
et septem spiritus discurrentes. et ma-  
re uitreum. et quatuor animalia  
plena oculis: dicens. animal pri-  
mum simile leoni. et secundum simile  
uiculo. et tertium simile homi-  
ni. et quartum simile aquile uo-  
lanti. Et post paululum. plena  
inquit erant oculis. et requiem  
non habebant die ac nocte di-  
centia. sanctus. sanctus. sanctus. dominus deus omnipotens.  
qui erat et qui est et qui uen-  
turus est. Quibus cunctis perspicue  
ostenditur. quatuor tantum de-  
bere euangelia suscipi: et omnes  
apocryphorum nenas mortuus ma-  
gis hereticis quam ecclesiasticis ui-

uis canendas. Explicat prefatio.

*Incipit argumentum sup mathm.*

**M**atheus fuit in ordine primus ponitur. ita euāgelium in iudea primus scripsit. cuius uocatio ad dñm ex publicanis actibus fuit: duorum in generatione xp̄i incipia presument. unius cuius prima circūcisio in carne. alterius cuius secundum cor electio fuit. et ex utrisq; in partib; xp̄c. sicq; quater natio denario numero triformiter posito. p̄ncipium a credendi fide in electionis tempus porrigens. et ex electione in transmigrationis diem dirigens. atq; a transmigratione usq; ad xp̄m definiens decursam aduentus dñi ostendit generationē. ut et numero satisfaciens et tempori. et se qđ esset ostenderet. et dei in se opus monstrans. etiam in his quorum genus posuit xp̄i opantis a p̄ncipio testimoniū non negaret. Quarum omnium rerū tempus. ordo. numerus. dispositio. uel ratio. qđ fidei necessarium est. d̄s xp̄c est: qui factus est ex muliere. factus sub lege. natus ex uirgine. passus in carne. Omnia in cruce fuit: ut triumphas ea in semetipso. resurgens in corpore. et patri nomen in patrib; filio. et filij nomen patri restituens in filiis. sine p̄ncipio. sine fine ostendens unum se cū patre esse qui unus est. In quo euange-

lio utile est desiderantib; dñm sic prima uel media uel p̄fecta cognoscere. ut et uocationē apli et opus euanglij. et dilectionē dei in carne nascentis. p̄ uniuersa legentes intelligant: atq; id in eo in quo apprehensi sunt et apprehendere expectunt recognoscant. Nobis em̄ hoc in studio argumenti fuit: et fidem facte retradere. et opantis dei intelligendam diligenter esse dispositionē querentib; non tacere. Explicat

*ARGVMENTVM Incipiunt capla in euanglijum matheti*

**G**enerationum nomina. et qđ abraham caput fidei sit. et natiuitas xp̄i ex maria.

**M**agi offerunt munera et infantes interficiunt.

**R**egressio ihu ex egypto in nazareth.

**D**e baptismo iohis in iordane et xp̄i baptismo.

**V**bi ih̄s temptat̄ a diabolo. et ieiunat. xl. dieb.

**V**bi ioh̄s traditus est. et secessit ih̄s in galileam. et petrū et andream et iacobū et ioh̄em piscatores uocat.

**D**e predicatione ihu et infirmorum sanitate.

**D**e beatitudine et ceteris mandatis.

**Q**uod non uenerit ih̄s soluere legē sed implere. et munus relinquendū ante altare et fratri reconciliandum.

**N**on mechandum. et si oculus ut manū scandalizat. et uxore non liceat dimitti nisi ob fornicationē.

**D**e dilectione inimicorum et orandū pro eis.

**D**e elemosinis nesciat sinistra tua. et in oratione non multū loquendum.

**I**n ieiunijs n̄ contristandū. et de thesauro in celo. et qđ lucerna corporis sit oculus.

**D**uobus dñis neminē debere seruire. et

de uolantibus celi. et de sollicitudine diei. et non iudicandum de alijs.

**vi** **D**e festuca et de trabe in oculo. et scilicet non dandum canibus; et peccandum fideliter.

**P**er angustam portam non per spaciosam intrandum. et quod arbor bona fructus malos non facit.

**Q**uod non omnes qui dicunt domine domine intrent in regnum celorum. et de domo edificata supra firmam petram et harenam.

**vii** **I**bi docet dominus sicut potestatem habens. et descendens de monte leprosum mundauit.

**I**n capharnaum ingressus puerum centurionis sanauit. **I**n discipulis.

**S**ocrum petri a febris; sanauit. et quidam dixit domino sequar te. et alij dixit sequere me.

**viii** **E**t in nauicula dormiens excitatur a

**I**n terra gerasenorum demonia eicit.

**ix** **I**bi paraliticum iussit ire cum lecto.

**U**bi matthiam uocat de theloneo. et dicit. non egerit sanis medico sed male habentes. et non ieiunant filij sponsi quam diu cum eis est sponsus.

**U**bi mulier a fluxu sanguinis liberatur. et filia principis a morte resuscitatur.

**U**bi eorum oculos aperuit. et surdum et mutum demonium eiecit.

**x** **C**ircumiens ihesus ciuitates infirmos sanauit. et dedit apostolis potestatem curationis. et nomina apostolorum dicit quos misit cum omni doctrina. et ut prudentes sint sicut serpentes monet et quia frater fratrem sit carissimus.

**U**bi dicit si uos persequerentur in una ciuitate fugite in aliam. et quod non uenerit pacem mittere super terram sed gladium.

**U**bi dicit qui amat patrem aut matrem plusquam me non est me dignus. et qui uos recipit me recipit.

**x** **I**ohannes ad ihesum mandat. tu es qui uen-

**x** **I**ohannes ad ihesum mandat. tu es qui uen-

turus es an alium expectamus. et ihesus dicit. lex et prophetæ usque ad isaiam prophetauerunt.

**V**bi proponit parabolas de pueris sedentibus in foro. et imperat eorum et bethsaida quod non egerint penitentiam.

**U**bi confiteatur patri quod reuelauerit se paruulis. et quod iugillius suauis sit et os leue.

**V**bi discipuli uellunt spicas sabbatis. et quod misericordiam uult magis quam sacrificium.

**M**anum aridam sanat. et dicit. licet sabbatis bene facere. et oculum et mutum curat. et dicit quod nemo intret in domum fortis. nisi ante eum alliget. et quod bonus homo de bono thesauro profert bonum. et de uerbo otioso.

**U**bi scribae et pharisaei signum petunt a ihesu.

**E**t dicunt ad ihesum mater tua et fratres tui foris stant. **I**n aureis quia audiunt.

**S**edens in nauicula parabolam exponit de semine supra petram et in spinis. et reliqua. et dicit. uestri autem eorum oculi quia uident

**P**arabolam de homine qui seminauit semen bonum in agro suo. et inimicus superseminauit zizania.

**D**e grano sinapis edimento. et quod iusti fulgebunt sicut sol

**D**e thesauro abscondito in agro. et de bona margarita. et de igena missa in mare.

**I**n patriam suam docet ihesus. et fratres et sorores nominantur

**D**e capite iohannis in disco. et quinque panibus et duobus piscibus. **I**n uandum.

**U**bi ihesus super mare ambulat. et petrum mergentem alleuat. et in terra gerasenorum contingentes sibi imbuta curauit.

**U**bi accusant discipuli saluatoris quod non lauent manus. et ille docet peccatum esse la-

**M**ulieris cananae. scilicet a demonio curat. et in monte sedens dixit sol infirmos curat.

**xvi** **U**bi ihs de septem pamb; et paucis pisciculis quatuor milia paut. et sadducei signum petunt. et de fermento phariseorum.

**D**e episcopatu petri supra petram.

**U**bi petrus de passione quia timeret increpatur et dicit ihs. qui uult me sequi tollat crucem suam et sequatur. et quam dabit homo commutationem pro anima sua.

**xvii** **I**n monte cum moyses et helya apparet. et patet dicit. hic est filius meus dilectus. ipsum audite.

**P**uerum lunaticum saluat. et dicit. si habueritis fidem sicut granum sinapis.

**xviii** **D**e passione sua predicat dominus. et de statera in ore piscis. de humilitate sicut puerum. et de manu et pede et oculo eruendo. et de uina oue erratica. **S**eruum.

**D**e correptione fratrum. et indulgere debere al-

**Q**ui conseruum propter denarios centum suffocat.

**xix** **V**uxorem non licere dimitti. et de eunuchis qui se ipsos eunuchitauerunt.

**Q**uod paruulorum sit regnum celorum. et de diuinitate quod difficile intellet in regnum celorum. et de primis nouissimos fieri. **S**ipsozum.

**xx** **D**e oparijs conductis in uinea. et de mercede

**Q**uod filius hominis tradendus sit. et de filiis zebedee. et de primis discubitis in cenis.

**D**e duobus cecis sedentibus secus uiam.

**xxi** **D**e asina et pullo quos iussit ihs sibi adduci. et quia turbe clamabant osanna fili dauid. et numularios eiecit de templo.

**D**e arboze ficu que arida facta est. et ubi interrogat ihs baptismum iohannis unde sit.

**D**e homine qui duos filios in uineam mittit. et parabola de publicanis et meretricibus.

**xxii** **U**bi uinitores interficiunt missos ad se.

**D**e rege qui fecit nuptias filio suo. et multi u contempnunt uenire ad cenam. et de eo qui non habuit uestem nuptialem.

**D**e inscriptione nummi et imagini cesaris.

**D**e septem fratribus qui unam uxorem habuerunt.

**D**iscipulos interrogat de christo cui filius sit.

**U**bi dicit facite que dicunt pharisaei. et nolite facere que faciunt. et ne uocemini magistri. et qui maior est sit minister.

**D**e pselito. de iuramento. de camelo. de culice. de calice. et catino lauandis. de monumentis de albatris. de sepulchris pharum.

**D**e ierlm quod phas occidit.

**D**e destructione templi. de pseudo prophetis de nouissimis temporibus.

**D**e tribulatione dierum. et quod signum apparebit in celo. de arboze ficu. de die et hora quod non sciat. de seruo quem dominus inuenit sic facientem. **S** dicit.

**D**e decem uirginibus et talentis seruis tra-

**D**e segregatione ouium et hedorum.

**V**bi dicit dominus discipulis quod pascha post biduum esset. et de muliere que unguento perfudit caput ihu. et quod iudas precium petierit ut traderet saluatorem.

**U**bi iussit discipulis saluatorem ut pararent pascha. et de sacramento corporis ipsius.

**Q**uod scandalizaturi essent discipuli in nocte illa. et oratio ihu ad patrem.

**U**bi dicit dominus tanquam ad latronem uenisset. et interrogat si ipse esset christus.

**U**bi iudas penitentem precium proicit in templo.

**V**bi latro dimittitur et innocens christus crucifigitur.

**Q**uod ioseph sepelierit dominum.

**C**orpus ihu custoditur ne a discipulis tolleretur.

**R**esurrectio domini ihu. et omnia mandata et de baptismo.

**Explicit capitula.**

**xxiii.**

**xxiiii.**

**xxv.**

**xxvi.**

**xxvii.**

**xxviii.**



**I**NCIP  
**I**GEGA  
**N**OELI  
**U**MSE  
**E**UNDV  
**M**MAG  
**H**EVMI  
**I**BER

generatio

nis ihu xpi filij dauid. filij abra-  
 ham. Abraham genuit isaac.  
 Isaac autē genuit iacob. Iacob  
 autē genuit iudam et fratres  
 eius. Iudas autē genuit phares  
 et zaram de thamar. Phares au-  
 tem genuit esrom. Esrom autē  
 genuit aram. Aram autē ge-  
 nuit ammadab. Ammadab  
 autē genuit naason. Naason  
 autē genuit salmon. Salmon  
 autē genuit booz de rachab.  
 Booz autē genuit obed ex ruth.  
 Obed autē genuit iesse. Iesse  
 autē genuit dauid. Dauid au-  
 tem rex genuit salomonē ex  
 ea quę fuit urie. Salomon au-  
 tem genuit roboam. Roboam  
 autem genuit abia. Abia au-  
 tem genuit asa. Asa autē genu-  
 it iosaphat. Iosaphat autem  
 genuit ioram. Ioram autē genu-  
 it oziam. Ozias autē genuit io-  
 atham. Ioatham autem genu-  
 it achaz. Achaz autē genuit

ezechiam. Ezechias autē genuit ma-  
 nassen. Manasses autē genuit amō.  
 Amon autē genuit iosiam. Iosias  
 autē genuit iechoniā et fratres ei  
 in transmigratione babilonis. Et  
 post transmigrationē babilonis:  
 iechonias genuit salathiel. Salathi-  
 el autē genuit zorobabel. Zoroba-  
 bel autē genuit abiud. Abiud au-  
 tem genuit eliachim. Eliachim  
 autē genuit azor. Azor autē ge-  
 nuit sadoch. Sadoch autē genuit  
 achim. Achim autē genuit eliud.  
 Eliud autē genuit eleazar. Elea-  
 zar autē genuit matthan. Mat-  
 than autem genuit iacob. Iacob  
 autē genuit ioseph uirū MARIE:  
 de qua natus est ih̄s qui uocatur  
 xp̄c. Om̄s ergo generationes ab  
 abraham usq; ad dauid generati-  
 ones quatuordecim. et a dauid  
 usq; ad transmigrationē babilo-  
 nis generationes quatuordecim.  
 et a transmigratione babilonis  
 usq; ad xp̄m: generationes qua-  
 tuordecim. Xpi autē generatio  
 sic erat. Cum esset desponsata  
 mater eius MARIA ioseph: ante  
 quā conuenirent. inuenta est  
 in utero habens de sp̄u sc̄o. Io-  
 seph autē uir eius cum esset iustus  
 et nollet eā traducere: uoluit  
 occulte dimittere eam. Hęc autē  
 eo cogitante: ecce anḡls dñi in  
 somnis apparuit ei dicens. Ioseph  
 fili dauid: noli timere accipere  
 MARIAM. coniugem tuā. Quod  
 eñ in ea natū est: de sp̄u sc̄o est.

Pariet autē filium: et uocabis no-  
men eius ih̄m. Ipse enī saluū faci-  
et popl̄m suū a peccatis eorum.  
Hoc autē totum factū est: ut ad-  
impleret̄ quod dictum est a dño  
p̄ppham dicentē. Ecce uirgo in  
utero habebit et pariet filium:  
et uocabunt nomen eius emma-  
nuel. qđ est interpretatū nobis  
cum d̄s. Exurgens autē ioseph  
a somno fecit sicut precepit ei  
angelus dñi: et accepit coniugē  
suam. et non cognoscebat eā do-  
nec peperit filium suum primoge-  
nitum. et uocauit nomen eius ih̄m.

**C**um ergo natus esset ih̄s  
in bethleem iude in dieb; hero-  
dis regis: ecce magi ab oriente ue-  
nerunt hierosolimā dicentes.  
Vbi est qui natus est rex iudeorū?  
Uidimus enī stellam eius in orien-  
te: et uenimus adorare eū. Au-  
diens autē herodes rex turbatus  
est: et om̄s hierosolima cū illo.  
Et congregans om̄s p̄ncipes sacer-  
dotum et scribas popl̄i: sciscita-  
batur ab eis ubi xp̄c nasceretur.  
At illi dixerunt. In bethleem iu-  
de. Sic enī scriptū est p̄ppham.  
Et tu bethleem terra iuda: neq̄  
quam minima es in p̄ncipibus  
iuda. Ex te enī exiet dux: qui  
reget popl̄m meū isrl̄. Tūc he-  
rodes clam uocatis magis: dilige-  
ter didicit ab eis tempus stelle q̄  
apparuit eis. Et mittens eos in  
bethleem dixit. Itē et interroga-  
te diligenter de puero: et cū in-

ueneritis renuntiate michi. ut et  
ego ueniens adorem eum. Qui cū  
audissent regē: abierunt. Et ec-  
ce stella quam uiderant in orien-  
te antecedebat eos: usq; dum ue-  
niens staret supra ubi erat puer.  
Videntes autē stellam: gauisi s̄t  
gaudio magno ualde. Et intran-  
tes domū: inuenerunt puerum  
cū maria matre eius. et p̄ciden-  
tes adorauerunt eum. Et ap̄t̄  
thesauris suis: obtulerunt ei mu-  
nera. Aurum: thus. et mirram.  
Et responso accepto in somnis  
ne redirent ad herodem: p̄ alia  
uiam reuerſi sunt in regionem  
suā. Qui cum regressi sunt: ecce  
angl̄s dñi apparuit in somnis io-  
seph dicens. Surge et accipe pu-  
erum et matrē eius et fuge in  
egyptū: et esto ibi usq; dum di-  
cam tibi. Futurū est enī: ut he-  
rodes querat puerū ad pdendū  
eum. Qui confurgens: accepit  
puerū et matrē eius nocte. et  
secessit in egyptū: et erat ibi  
usq; ad obitum herodis. ut ad-  
impleretur qđ dictum est a do-  
mino p̄ppham dicentē. Ex egypto  
uocaui filium meū. Tūc  
herodes uident qm̄ illusus esset  
a magis: iratus est ualde. Et  
mittens occidit om̄s pueros qui  
erant in bethleem et in om̄ib;  
finib; eius ab imatu et infra.  
scđm̄ tempus qđ exquisierat  
a magis. Tūc adimpletū est qđ  
dictum est p̄ hieremia p̄ppham

dicens. Vox in rama audita est  
ploratus et ululatus multus: ra  
chel plorans filios suos. et  
noluit consolari quia non sunt.

**14.** Defuncto autē herode:  
ecce apparuit angelus dñi in som  
nis ioseph in egypto. dicens. Sur  
ge et accipe puerum et matrē  
eius: et uade in terram isrl. De  
functi sunt enī: qui querebant  
animam pueri. Qui confurgens  
accepit puerū et matrē eius: et  
uenit in terram isrl. Audient  
audient autē quod archelaus  
regnaret in iudea pro herode  
patre suo: timuit illō ire. Et  
ammonitus in somnis secessit in  
partes galilee. et ueniens habi  
tauit in ciuitate que uocatur  
nazareth. ut adimpleret quod  
dictum est per prophetas. qm̄  
nazareus uocabitur.

**H** diebus autē illis uenit iohes  
baptista: predicans in deserto iu  
dee et dicens. Penitentiam agi  
te. appropinquauit enī regnū  
celorū. Hic est enim qui dictus  
est p̄ ysaiam ppham dicentem.  
Vox clamantis in deserto. Para  
te uiam dñi: rectas facite semi  
tas eius. Ipse autē iohs habe  
bat uestimentū de pilis came  
lorū: et zonā pelliciam circa  
lumbos eius. Esca autē eius  
erat: locuste et mel siluestre.  
Tunc exibat ad eum hieroso  
lima et om̄s iudea: et om̄s  
regio circa iordanem. et bapu

zabantur ab eo in iordane confiten  
tes peccata sua. Videns autē mul  
tos phariseorū et sadduceorum  
uenientes ad baptismū suū: dixit  
eis. Progenies uiparū. quis demō  
strauit uob fugere a futura ira:  
Facite ergo fructum dignū peni  
tentie: et ne uelitis dicere intra  
uos. patrē habemus abraham.  
Dico enī uobis: qm̄ potest deus delapi  
dibus istis suscitare filios abrahe.  
Iam enī securis ad radicem arborū  
posita est. Om̄s ergo arbor que  
non facit fructum bonū: excide  
tur et in ignē mittet. Ego quidē  
uos baptizo in aqua in penitentiā.  
qui autē post me uenturus est. for  
tior me est. cuius non sum dignus  
calciamenta portare. ipse uos bap  
tizabit in spū scō et igni. cuius uen  
tilabrū in manu sua. et pmun  
dabit aream suā. et congregabit  
triticum suū in horreū. paleas au  
tē comburet igni in extinguibili.  
Tunc uenit ihs a galilea in iorda  
nem ad iohem ut baptizaretur ab eo:  
iohannes autē phibeat eū di  
cens. Ego a te debeo baptizari. et  
tu uenis ad me? Respondens au  
tem ihs: dixit ei. Sine modo. Sic  
enī decet nos implere omnē iusti  
ciam. Tunc dimisit eum. Bapu  
zatus autē ihs confestim ascendit  
de aqua. et ecce ap̄ti sunt ei celi.  
et uidit sp̄m dei descendente sicut  
columbā et ueniente sup se: et ec  
ce uox de celis dicens. Hic est filius  
m̄s dilectus in quo m̄ complacui.





h. xxv  
l. xlvi  
h. xxvi  
l. xlvii

runt ad eum discipuli eius. Et apertis os suum: docebat eos dicens.

h. xxvii

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati misericordes: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

h. xxviii  
l. xlviii

Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt.

h. xxix

Beati pacifici: quoniam ipsi filii dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum.

h. xxx  
l. xlviiii

Beati estis cum maledixerint uobis. et persecuti uos fuerint. et dixerint omne malum aduersum uos mentientes: propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces uestra copiosa est in celis.

h. xxxi  
l. xlv

Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos. Uos estis sal terre. Quod si sal uanuerit in quo salietur: ad nichilum ualet ultra. nisi ut mittatur foras. et conculcetur ab hominibus.

h. xxxii  
h. xxxviii  
l. xlv  
l. xxxviii

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio sed super candelabrum. ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant uestra bona opera: et glorificent patrem uestrum qui in celis est.

h. xxxiii

**N**olite putare quod ueni soluere legem aut prophetas. Non ueni soluere. sed adimplere. Amen

h. xxxiiii

l. xxxviii

quippe dico uobis. donec transeat celum et terra. iota unum aut unus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus uocabitur in regno celorum.

h. xxxv

Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus uocabitur in regno celorum. Dico autem uobis. quia nisi abundauerit iusticia uestra plus quam scribarum et phariseorum: non intrabis in regnum celorum.

h. xxxvi

Audistis quia dictum est antiquis. non occides. Qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autem dico uobis. quia omnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue. reus erit gehenne ignis.

h. xxxvii

Si ergo offeres munus tuum ad altare. et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare. et uade prius reconciliare fratri tuo: et tunc ueniens offer munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in uia cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici. et iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde: donec reddas nouissimum quadrantem.

h. xxxviii

**A**udistis quia dictum est antiquis: non mechaberis. Ego autem dico uobis. quoniam omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam. iam

h. xxxix

mechatul eam in corde suo. Quod  
 si oculus tuus dexter scandalizat  
 te: erue eum et pice abste. Expe-  
 dit enim tibi ut peat unū membro-  
 rū tuorū: qm̄ totū corpus tuum  
 mittatur in gehennā. Et si dex-  
 tera manus tua scandalizat te:  
 abscede eam et pice abste. Expe-  
 dit enim tibi ut peat unū membro-  
 rum tuorū: quā totus corpus tu-  
 um eat in gehennam. Dicitum  
 est autē quicumq; dimiserit  
 uxorem suā. det illi libellū repu-  
 dij: ego autē dico uobis. q̄a om-  
 nis qui dimiserit uxore suam  
 excepta fornicationis causa: fa-  
 cit eam mechari. et qui dimis-  
 sam duxerit adulterat. Iterū  
 audistis quia dicitū est antiquis.  
 n̄ p̄iurabis. Reddes autē dño iu-  
 ramenta tua. Ego autē dico uo-  
 bis non iurare omnino. neq; p̄  
 celū quia thronus dei est: neq;  
 p̄ terram. quia scabellum est  
 pedum eius. neq; p̄ hierosolimā  
 quia ciuitas est magni regis. ne-  
 q; p̄ caput tuū iuraueris: quia  
 non potes unū capillū album  
 facere neq; nigrum. Sit autē  
 sermo uester est: est. non: non.  
 Quod autē his abundantius est:  
 a malo est. Audistis quia dicitum  
 est. oculū p̄ oculo. et dentē p̄ den-  
 te: ego autē dico uobis non resi-  
 stere malo. Sed si quis te percusse-  
 rit in dexteram maxillam tuā:  
 prebe et illi alterā. et ei qui uult  
 tecū iudicio contendere et tunicā  
 tuā tollere. remitte

ei et pallium. Et quicumq; te an-  
 gariauerit mille passus. uade  
 cum eo alia duo. Qui petit a te  
 da ei: et uolenti mutuari a te  
 ne auertaris.

**A**udistis quia dicitū est. Dili-  
 gel p̄ximū tuū. et odio habe-  
 bis inimicū tuū: Ego autē di-  
 co uobis. diligite inimicos ur̄os.  
 benefacite his qui oderunt uos:  
 et orate p̄ p̄sequentib; et calum-  
 niantib;: ut sitis filij patris ur̄i  
 qui in celis est. qui solem suū  
 oriri facit sup̄ bonos et malos.  
 et pluit sup̄ iustos et iniustos.  
 Si enim diligatis eos qui uos dili-  
 gunt. quā mercedē habebitis?  
 Nonne et publicani hoc faci-  
 unt: Et si salutaueritis fratres  
 ur̄os tantū. quid amplius faci-  
 eris: Nonne et ethnici hoc faci-  
 unt?

**N**ote ergo uos p̄fecti: sicut et pa-  
 ter celestis p̄fectus est. Attendite  
 ne iusticiā ur̄am faciatis coram  
 hominib;: ut uideamini ab eis.  
 Alioquin: mercedem n̄ habebi-  
 tis apud patrē ur̄m qui in celis  
 est. Cum ergo facies elemosinā.  
 noli tuba canere ante te sicut hi-  
 pocrite faciunt in sinagogis et  
 in uicis ut honorificentur ab ho-  
 minibus. Amen dico uobis: re-  
 cepunt mercedem suam. Tū au-  
 tem faciente elemosinam nesci-  
 at sinistra tua quid faciat de-  
 xtera tua: ut sit elemosina tua  
 in abscondito. et pater tuus q̄  
 uidet in abscondito reddet tibi.

Et cum oratis non eritis sicut hi-  
pocrite qui amant in sinagogis  
et in angulis platearū stantes ora-  
re: ut uideantur ab hominibus.

**A**men dico uobis: recipiunt mer-  
cedem suā. Tu autē cum orabis  
intra in cubiculum tuū. et clau-  
so ostio tuo ora patrē tuū in ab-  
scondito: et pater tuus qui ui-  
det in abscondito reddet tibi.

Et cum oratis non eritis sicut hipo-  
crite qui amant in sinagogis et in  
angulis platearū stantes orare:  
ut uideantur ab hominibus; **A**mē  
dico uobis: recipiunt mercedem  
suam. Tu autē cū orabis intra in  
cubiculum tuū. et clauso ostio  
tuo ora patrē tuū in abscondito:  
et pater tuus qui uidet in abscon-  
dito reddet tibi. Orantes autem:  
nolite multū loqui sicut ethnici.

Putant enī quod in multiloquio  
suo exaudiantur. Nolite ergo assi-  
mulari eis. Scit enī pater uester  
quod opus sit uobis: ante quā peti-  
tis eum. Sic ergo uos orabitis.

**P**ater noster qui es in celis scī-  
ficetur nomen tuū. adue-  
niat regnum tuū. fiat uolun-  
tas tua sicut in celo et in terra.  
panē nr̄m sup substantialem  
da nobis hodie. et dimitte nob̄  
debita nr̄a. sicut et nos dimitti-  
mimus debitoribus nr̄is et  
ne nos inducas in temptationē.  
sed libera nos a malo. amen.

**S**i enī dimiseritis hominibus pec-  
cata eorū: dimittet et uobis pa-  
ter uester celestis delicta ur̄a.

**S**i autē non dimiseritis hominibus:  
nec pater uester dimittet peccata  
uestra.

**T**um autē ieiunatis nolite fieri  
sicut hypocrite tristes. Extermināt  
enī facies suas: ut pareant homini-  
bus ieiunantes. Amen dico uobis:  
quia receperunt mercedem suam.  
Tu autē cum ieiunas unge caput  
tuū et faciem tuam laua: ne uide-  
aris hominibus; ieiunans. sed patri  
tuo qui est in abscondito. et pa-  
ter tuus qui uidet in abscondito  
reddet tibi. Nolite thesaurizare  
uobis thesauros in terra: ubi eru-  
go et tinea demolitur. et ubi fu-  
res effodiunt et furant. Tesauri-  
zate autē uobis thesauros in celo:  
ubi neq; erugo neq; tinea demoli-  
tur. et ubi fures non effodiunt. nec  
furant. Ubi enī est thesaurus tu-  
us: ibi est et cor tuū. Lucerna cor-  
poris tui est oculus tuus. Si fue-  
rit oculus tuus simplex: totum  
corpus tuū lucidum erit. Si autē  
oculus tuus nequā fuerit: totū  
corpus tuū tenebrosum erit.  
Si ergo lumen quod in te est te-  
nebre sunt. ipse tenebre quantē  
erunt?

**N**emo potest duob; dn̄is serui-  
re. Aut enī unum odio habebit  
et alterū diliget: aut unū susti-  
nebit et alterum contēpnet. Non  
potestis deo seruire et mammonē.  
Ideo dico uobis. ne solliciti sitis  
anime ur̄e quid manducetis:  
neq; corpori ur̄o quod induamini.  
Nonne anima plus est quā esca

ā. xlvi  
le. c. xxii.

ā. xlvi  
le. c. lvi

ā. xlvii  
le. c. xxvii

ā. xlviii  
le. c. lxxi

ā. xlviiii  
le. c.

ā. xlviii  
ā. c. xxviii

et corpus plus quā uestimentū: Re-  
 spicite uolatilia celi. qm̄ non serūt  
 neq; metunt. neq; congregant in  
 horrea: et pater uester celestis pas-  
 cit illa. Nonne uos magis plurif  
 estis illis: Quis autē uestrum co-  
 gitans potest ad staturā  
 suā cubitū unū: Et de uestime-  
 to quid solliciti estis: Considera-  
 te lilia agri: quomodo crescunt.  
 Non laborant: neq; nent. Dico  
 autē uobis: qm̄ nec salomon in  
 om̄i glia sua cooptus est sicut u-  
 num ex istis. Si autē fenū agri  
 qd̄ hodie est. et cras in dibanum  
 mittit d̄s sic uestit. quanto ma-  
 gis uos minime fidei: Nolite er-  
 go solliciti esse dicentes. quid mā-  
 ducabimus. aut qd̄ bibemus. aut  
 quo opiemur. Hec enī omnia gē-  
 tes inquirunt. Scit enī pater ue-  
 ster: quia his om̄ib; indigetis.  
 Querite autē primum regnum  
 dei. et iusticiā eius: et omnia  
 hec adicientur uobis. Nolite q̄  
 solliciti esse in crastinum. Crasti-  
 nus enī dies: sollicitus erit sibi  
 ipsi. Sufficit diei malicia sua.  
 Nolite iudicare: ut non iudice-  
 mini. In quo enī iudicio iudica-  
 ueritis iudicabimini: et in qua  
 mensura mensi fueritis. remita-  
 erit uobis.  
**Q**uid autē uidet festucā in oculo  
 fr̄is tui. et trabē in oculo tuo  
 non uidet: Aut quom̄ dicit fr̄i  
 tuo. frater sine eiciam festucā  
 de oculo tuo. et ecce trabes est  
 in oculo tuo: Hypocrita. eice

di lvi

di lvi

lxv

di lvi

lxv

di lvi  
lxv

di lvi

di lvi

lxv

di lvi

lxv

primū trabem de oculo tuo: et tūc  
 uidebis eicere festucā de oculo fr̄is  
 tui. Nolite dare sc̄m canib; . neq;  
 mittatis margaritas uas ante  
 porcos: ne forte conculcent eas  
 pedib; suis. et conuersi dirum-  
 pant uos. Petite: et dabit̄ uob.  
 Querite: et inuenietis. Pulsate:  
 et apietur uobis. Om̄is enī qui  
 petit accipit. et qui querit inue-  
 nit: et pulsanti apiet̄. Aut q̄s  
 est ex uobis homo quem si peti-  
 erit filius suus panē. nunquid  
 lapidem porriget ei: Aut si pis-  
 cem petierit. nunquid serpentem  
 porriget ei: Si ergo uos cū sitis  
 mali. nostis bona data dare fi-  
 lijs ur̄is: quom̄ magis pater ur̄  
 qui in celis est dabit bona peten-  
 tib; se: Om̄ia ergo quecunq; uul-  
 tis ut faciant uobis homines:  
 et uos facite illis. Hec est enī lex  
 et p̄phet̄.

**I**trate p̄ angustā portā. quia  
 lata porta et spaciōsa uia. que  
 ducit ad p̄ditionē. et multi s̄t  
 qui intrant p̄ eam. Quā angu-  
 sta porta et arcta uia que ducit  
 ad uitā: et pauci sunt qui in-  
 ueniunt eam. Attendite a falsis  
 p̄phis qui ueniunt ad uos in  
 uestimentis ouium: intrinsecus  
 autē lupi rapaces. A fructibus  
 eorū cognoscetis eos. Nunquid  
 colligunt de spinis uuas. aut  
 de tribulis ficus: Sic om̄is ar-  
 bor bona fructus bonos facit:  
 mala autē arbor fructus ma-  
 los facit. Non potest arbor bo-

di lvi  
lxv

di lvi  
lxv

na fructus malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum: excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

**N**on omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est. ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent michi in illa die. domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus. et in tuo nomine demonia eiecimus. et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunquam noui uos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba hec et facit ea: assimilabit uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. et descendit pluuia et uenerunt flumina. et flauerunt uenti. et irruerunt in domum illam: et non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit uerba mea hec. et non facit ea: similis erit uiro stulto qui edificauit domum super harenam. et descendit pluuia et uenerunt flumina. et flauerunt uenti. et irruerunt in domum illam et cecidit. et fuit ruina eius magna.

**E**t factum est cum consummasset ihesus uerba hec: ammirabantur turbe super doctrinam eius. Erat enim docens eos sicut potestatem

habens. et non sicut scribe eorum et pharisei. Cum autem descendisset de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus ueniens: adorabat eum dicens. Domine si uis: potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum ihesus: dicens. Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illis ihesus. Vide nemini dixeris: sed uade ostende te sacerdoti. et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis.

**C**um autem introisset capharnaum: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego ueniam et curabo eum. Et respondens centurio: ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uerbo. et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate habens sub me milites. et dico huic uade et uadit. et alio ueni. et uenit. et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem ihesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico uobis: non inueni tantam fidem in israhel. Dico autem uobis. quod multi ab oriente et occidente ueniunt. et recubent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum: filij autem regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni: Uade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer

h lxxii  
lxxii  
lxxii

h lxx  
lxx

h lxxi  
lxxi

h lxxii  
lxxii  
lxxii

h lxxii  
lxxii  
lxxii

h lxxv  
lxxv

h lxxvi  
lxxvi

lxxii

in illa hora.

**E**t cum uenisset ih̄s in domū pe-  
 tri: uidit socrū eius iacentē et febrī-  
 citantē. et tetigit manū eius et di-  
 misit eam febris. et surrexit et mi-  
 nistrabat eis. Vesp̄e autē facto obtu-  
 le. et erant ei multos demonia habentē: ieci-  
 ebat ūbo: et om̄i male habētē: curauit: ut  
 adimpleret qđ dictum ē p̄ ysaiā p̄pham  
 dicentem. Ipse infirmitates nr̄as  
 accepit: et egrotationes portauit.  
 Videns autē ih̄s turbas multas  
 circū se: iussit ire trans fretum.  
 Et accedens unus scriba: ait illi.  
 Magister. sequar te: quocūq; ieris.  
 Et dicit ei ih̄s. Vulpes foueas ha-  
 bent. et uolucres celi nidof: filiꝝ  
 autē hominis non habet ubi ca-  
 put reclinet. Alius autē de dis-  
 cipulis eius ait illi. Dñe p̄mitte  
 me p̄mum ire et sepelire patrē  
 meum. Ih̄s autē ait illi. Sequere  
 me: et dimitte mortuos sepelire  
 mortuos suos. Et ascendente eo  
 in nauiculam. secuti sunt eum  
 discipuli eius: et ecce motus ma-  
 gnus factus in mari. ita ut na-  
 uicula op̄iretur fluctib; ipse ue-  
 ro dormiebat. Et accesserunt et  
 suscitauerunt eum dicentes. Dñe  
 salua nos. p̄imus. Et dicit eis.  
 Quid timidi estis modice fidei?  
 Tunc surgens impauit uentis  
 et mari: et facta est tranquilli-  
 tas magna. Porro homines mira-  
 ti sunt dicentes. Qualis est hic.  
 qđ et uenti et mare obediunt ei.

**E**t cum uenisset trans fretum  
 in regionē gerasenozū occurre-

runt ei duo habentes demonia. de-  
 monumentis exeuntes. seui nimis.  
 ita ut nemo posset transire p̄ uia  
 illam: et ecce clamauerunt dicen-  
 tes. Quid nob̄ et tibi ih̄u fili dei?  
 Venisti huc ante tempus torque-  
 re nos. Erat autē non longe ab  
 illis grex porcorū multozū pas-  
 cens. Demones autē rogabant  
 eum dicentes. Si ieris nos: mitte  
 nos in gregē porcorū. Et ait illis.  
 Ite. At illi exeuntes abierunt in  
 porcos. et ecce impetu abiit totꝝ  
 grex p̄ preceptū in mare: et mor-  
 tui sunt in aquis: pastores autē  
 fugerunt. et uementes in ciuita-  
 tem nunciauerunt om̄ia. et  
 de his qui demonia habuerant.  
 Et ecce tota ciuitas exiit obuiā  
 ih̄u: et uiso eo rogabant ut tñ  
 firet a sinibus eorum.

**E**t ascendens in nauiculā trans  
 fretum et uenit in ciuitatē su-  
 am: et ecce offerebant ei parali-  
 ticum in lecto iacentē. Et uidēs  
 ih̄s fidem illozū: dixit parali-  
 tico. Confide fili. Remittuntur  
 tibi peccata tua. Et ecce quidā  
 de scribis dixerunt intra se. Hic  
 blasphemat. Et cū uidisset ih̄s  
 cogitationes eozū: dixit. Vt qđ  
 cogitatis mala in cordib; ur̄is:  
 Quid est facilius dicere dimit-  
 tur tibi peccata tua. aut dicere  
 surge et ambula: Ut sciatis au-  
 tē qm̄ filius hominis habet po-  
 testatē nr̄a dimittendi pecca-  
 ta: tunc ait paralitico. surge  
 tolle lectum tuum et uade in

*ix.*

*ix.*

*ix.*

*ix.*

domū tuam. Et surrexit et abiit in domū suam. Uidentes autem turbe timuerunt: et glorificauerunt dñm qui dedit potestatem talem hominibus.

**E**t cum transiret inde ih̄s: uidit hominē sedentē in teloneo mattheum nomine. et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eū. Et factū est discubente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cū ih̄u et discipulis eius. Et uidentes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cū publicanis et peccatorib; manducat magister ur̄? At ih̄s audiens ait. Non est opus ualentib; medicus: sed male habentibus. Euntes autē discite qđ est misericordiā uolo et n̄ sacrificium. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli ioh̄is: dicentes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autē tui non ieiunant? Et ait illis ih̄s. Nunquid possunt filij sp̄s si lugere. quam diu cū illis est sponsus? Venient autē dies cū auferet ab eis sponsus: et tunc ieiunabunt. Nemo autē immittit commissurā panni rudis in uestimentū uetus. Tollit autē plenitudinē eius a uestimento: et peior scissura fit. Neq; mittunt uinū nouum in utres ueteres. alioquin rumpuntur utres et uinum effundit et

utres peunt: sed uinum in utres nouos mittunt. et ambo conseruantur.

**H**ec illo loquente ad eos: ecce princeps unus accessit et adorauit eū dicens. Filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manū sup̄ eam et uiuet. Et surgens ih̄s sequebatur eū et discipuli eius: et ecce mulier que sanguinis fluxū patiebatur duodecim annis. accessit retro et tetigit fimbriā uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Sicut tingero tantū uestimentū eius: salua ero. At ih̄s conuersus et uidēs eam: dixit. Confide filia. Fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier illa hora. Et cū uenisset ih̄s in domū principis et uidisset tibianes et turbam tumultuantē: dicebat. Recedite. Non est enim mortua puella sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba: intrauit et tenuit manū eius. et surrexit puella. Et exiit fama hec in uniuersā terrā illam.

**E**t transeunte inde ih̄u: secuti sunt eum duo ceci clamantes et dicentes. Misere n̄i fili dauid. Cū autē uenisset domum: accesserunt ad eum ceci. et dicit eis ih̄s. Creditis qđ possum hoc facere uobis? Dicunt ei. Vtiq; dñe. Tunc tetigit oculos eorū dicens. Scdm fidem ur̄am fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorū. Et comminatus est illis ih̄s: dicens. Videte ne qđ sciat.